

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Heresis e
cum fontibus proximo et primo

Hec est fides, papa beatissime, quam in catholica didicimus ecclesia.

In qua si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est,
emendari cupimus a te qui Petri fidem et sedem tenes.
Si autem hec nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur,
quicumque me culpae uoluerit, se imperitum uel maliuolum,
uel etiam non catholicum sed hereticum comprobabit.

Ieronymus in epistola.

Unde dicit Hieronymus:

Haec est fides, Papa Beatissime, quam in Catholica didicimus Ecclesia.

In qua si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est,
emendari cupimus a te, qui Petri fidem et sedem tenes.

Si autem haec nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur,
quicumque me culpae uoluerit, se imperitum uel maleuolum,
uel etiam non catholicum sed haereticum, comprobabit.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 11.2
(P. Caramello ed., p.66).

Haec est fides, papa beatissime, quam in Ecclesia catholica didicimus,
quamque semper tenuimus et tenemus.

In qua si minus perite, aut parum caute aliquid forte positum est,
emendari cupimus a te, qui Petri et fidem et sedem tenes.

Sin autem haec nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur:
quicumque me maculare uoluerit, se imperitum, uel maleuolum,
uel etiam non catholicum, non me haereticum comprobabit.

Pelagius, *Libellus fidei ad Innocentium*, 14 (PL 45, col.1718).